



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 176. Duxerunt. v. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

120. PASSIO DOMINI N. SECUNDUM MARCUM
rum si non manserint in luce fidei, veritatis scripturarum, & scientiarum
Dei, quorum veloces pedes ad effundendum sanguinem. In concilium co-
rum non veniat anima mea.

¶. 175. Vincientes Iesum. v. 1.

Vel per se quod est absurdissimum, vel per carnifices, & ministros,
arctius quidem quam antea circa collum catena & manus funibus, &
corpus cordis, & sic ad iter versus. Pilati prætorium oratione parantur.
Nihil hic dubito quin maiorem Christo impulerint dolorem alligando,
quam opus erat ad vincitum in potestate tenendum, nam odium graue
hoc eis suggerebat. Erat igitur & ignominiosa & dolorosa ista alligatio.
ignominia, quia ingenuum & liberum vinciri teste Cicerone 7. in Verrem.
A&. turpe est, & scelus vincire ciuem Romanum; quanto magis Christum
Dei filium, qui ante quinque dies triumphator descendebat in Hierusalem,
acclamatus pueris; O serena in excelsis, benedictus, qui renuit in nomi-
ne Domini, nunc vinciri, et cum corpus, manus, collum vii virum iniquum
& reum mortis.

Q Deus Deorum quantum tuus derogatum fuit libertati & potentia-
tui, et omnia propter electos. Ego te vincitum contemplans, mi-
lesu, rubore suffundor & dolore, subdolo, quia video quod nimis libe-
rati sint primi nostri parentes & nos, nimisque licenter per illioita fen-
tuos euagari permisimus: tuque ideo Domina vinculis constringeris, fu-
nes peccatorum nostrorum complexi sunt te. Huc nimic traximus nos-
te funiculis vanitatis & quasi vinculum plaustrum fuit tibi peccatum no-
strum. Veruntamen consolamini, consolamini peccatores filij Adæ & Eva-
gementes sub onere catenarum & tu quoque captiuua filia Sion: Qui-
mons gratia, mons oliueti vicinus est, Precipabit iam, iam Dominus iste vi-
ctus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Et telam quam ordi-
nit super omnes nationes. Vincula ista posterioris Adæ prioris vincula denora-
bunt consumentque & gaudebitis in libertate, quia Christus vos libe-
rabit.

¶. 176. Duxerunt. v. 1.

Plane peruersus iste modus est, mundi peruersi, nam cæci hic cuncta
videntem ducent, iumenta pastorem suum agunt, infantes docent sapien-
tiam ipsam, & servi tanquam nouis saturnalibus imperant Domino uni-
uersorum, pessimus ordo, in hoc tamen mire splendidi sibi videbantur om-
nes qui in eo agebant personam.

Q Deus qualia sunt iudicia mundi, quam procul distant à iudicijs suis
& veris. Obsecro te me sinas in talam iniuriam decidere ut velim te
ducere.

CAP. XIV.

Ducere ad appetitiones meas, ad desideria mea trahere absit à religiosis
laicis, ab Ecclesiasticis ut non velint suos superiores quos sequi debebant
ductitate, reformato, docero, & dictare. nam hoc est turpe. Horret ratio
& cogitatio.

§. 117. Et tradidérunt Pilato. v. i.

Summi Sacerdotes, & Principes, & Seniores populi Iudeorum, &
Ministri, & milites & Garnisces, scitis quid vos tradatis? & cui tradatis?
Iste quem vos modo traditis est Messias, est Saluator vobis promissus, &
tam diu expectatus, ex Patriarchis & Prophetis, & vos eum traditis. Scitis
ne quid sit hoc tradere? est abdicare se non solum iure ad rem sed etiam
iure in te seu possessione. Ergo Iesum non amplius vultis habere, vultis ut
aliij gentiles nempe cum habeant, vos caretis? Certè hoc re ipsa vultis;
aliоquin retinereretis, & non traderetis. Plane vos omnes insatiatis. Ecce esse
& usabdicati & disrupti hac nocte Sacerdotij vestri, pro custodibus facti
estis tradidores. Iudas apostata vos seduxit, iste traditor se vobis iungens
fecit vos pariter tradidores, medium fermentum, ecce, quantanam malitiam
corrupit!

O Christiani, quando ad vos in posterum venit apostata cautè agite,
nam Iudei recipientes Apostolam discipulum Christi, & communici-
cantes cum eo; ipsimet omnes facti sunt tradidores. Et quia yarij sunt de-
fessores seu apostatae apud Grammaticos, nempe à bono descendentibus iteha
à malo: ut discrimen noscatis videte an à Christi disciplina descuerint.
Disciplina Christi discipulorum est relinquare patrem matrem; uxorem,
filios, agros propter notionem eius. si apostata ista querit iam à Christi disci-
plina defecit. Ecce signum unde noscatis apostolam verum, & discernatis
a nominali.

§. 118. Et interrogauit eum Pilatus. v. n.

Marcus scriptor transiliuit cæremonias Iudeorum & Pilati in con-
gressu, item verbâ traditorum & Receptoris, constitutus verbo. Tradide-
runt, in quo omnia illa conclusit, & ad rem iuit, nempe Iudicium traditi
Christi, quomodo hoc Pilatus exercuit, functus est officio boni Iudicis &
discreti, non statim condemnando Christum ad accusationem & tradi-
tionem Principum Iudeorum, & Seniorum populi, ne inauditum reum
& non confessatum male perderet, sed interrogauit eum, acute ipse Iudex
ex quo posse cum breuiter deprehendere, & vel condemnare reum, vel
immunem à crimine dimittere.

Fasc